

primo queritur. utrum deus sub propria ratione deitatis possit esse subiectum alicuius scientie &c. ut Cod. primo Operum Scoti, sed per decursum in ipso etiam *Quaestionum Elencho* saltem phrasis ab illo *Exemplo* passim differt, ut adeo praefens hoc ex eorum *Subpositiorum* numero esse videatur, de quibus conqueritur *Waddingus* in *Censura* T. XI. P. 1. edit. saepe cit. praemissa, id, quod etiam *Clausulae adlatae* verba perpendiculari facile subolebit. *Fol.* 125. p. 2. adscriptae sunt ex *Opere Oxoniensi* IV. *Quaestiones Prologi.*

CCCCLXXXIX.

U. 434 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 128. f. per duas columnas exaratus et rubro distinctus est ejusdem *Joh. Scoti* Scriptum in *Librum III. Sententiarum* hoc initio: *Circa incarnationem domini. primo de possibilitate utrum possibile fuerit naturam humanam uniri deo in unitate persone* &c. ut edit. cit. T. VII. Finis paulo aliter: *Jugum meum suave et onus meum leve. cui sit honor et gloria per infinita seculorum secula. Amen. Explicit tercius ordinarij super sententias editus a venerabili fratre Johanne scoto sacre theologie doctore.*

II. fol. 87. ventilantur primum hae *Quaestiones*: *Vtrum ex unione humane nature ad uerbum inascatur generalis communicatio ydiomatum? Vtrum in christo sit aliquid esse aliud ab esse increato? Si*

*adam non peccasset, christus incarnatus fuisset? Et haec quidem abrupta. Succedit alia: Vtrum theologus catholicus in theologicis sufficienter instructus possit articulum trinitatis defendere contra emulum ueritatis? et haec inscripta Francisci Maronis. Dein Tractatus Magistri francisci de Maronis de uirtutibus moralibus, cujus initium: Auditu aurium audiuite &c. Tractatus de medio uirtutum: In medio platee ciuitatis lignum uite &c. De uirtutibus intellectualibus: Intellectus bonus omnibus facientibus eum &c. De uirtutibus cardinalibus: Circa cardines celi perambulat &c. De uirtutibus theologicis: Domine uirtutum quis similis tibi &c. Tractatus de uoluntaria et involuntario: Voluntario oris beneplacita &c. Tractatus de circumstantijs uirtutum: Circumdate syon et completimini eam &c. Tractatus de regulis sacre scripture: Iustus dominus et iustitias dilexit &c. Post hos VIII. Tractatulos reditur ad Quaestiones: Utrum in humanitate christi sit aliqua perfectior entitas eius anima rationali? Utrum corpus christi quod fuit formatum ex purissimis sanguinibus beate uirginis fuit simpliciter a uerbo assumptum? Utrum anima christi intelligat omnia in uerbo que intelligit uerbum? Omnia haec auctora, et Francisci Maronis, Mayronii, Majorani ex O. M. Doctoris dicti *Illuminati, Galli*, ut alibi dixi, et a. 1325. extincti habeo, qui teste *Waddingo, Oudino et Fabricio et Quaestiones theologicas* M D.*

1179

I C O D I C E S

1180

D. et de *Virtutibus* scripsit, unde *Librarius* nostra carpsit. Accedunt ad finem Indices.

CCCCXC.

- U. 430 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 228. f. per duas columnas scriptus, rubricis distinctus, et quondam *M. Petri de Pirchenwart* T. D. alterum Exemplum est *Job. Scoti in III. Sententiar.* ad cuius calcem minio: *Explicit Scriptum tercij libri — feria Sexta proxima post festum Corporis christi Anno domini 1433.* Sequuntur Tituli.

CCCCXCI.

- U. 431 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 161. f. probe scriptus, miniatus, et ex illis 17. quos *Andreas de Weytra* T. D. et *S. Stephani* Canonicus Collegio Ducali inter vivos, ut praefertur, donavit, est tertium Exemplum *Job. Scoti in III. Sententiar.* integrum et utrinque vestitum commentarii cuiusdam *Hebraici* in Loca Biblica eleganter exarati fragmentis, quorum initium antice: *ואת החסד ואת השבועה אשר גשבעת לאברהם &c.*

CCCCXCII.

- U. 435 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 318. f. per duas columnas scriptus, rubro distinctus, et inter 17. illos mox memoratos *Scotum*

absolvit *Libro* seu *Scripto* quarto in *IV. Sententiarum*, cuius initium: *Samaritanus ille piissimus spoliatum videns hominem &c.* et finis: *iuste retributionis dampnatio, a qua nos custodire dignetur, qui est benedictus in secula seculorum amen. Explicit Scotus super quartum sententiarum.* Id quod repetitur post *Quaestionum* Tabulam addito Descriptionis anno 1430. Liber hic *IV.* in Edit. *Waddingi* saepe cit. *Tomos VIII—X.* efficit.

CCCCXCIII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 909 *XIV.* Folior. 202. f. maj. per duas columnas luculente et nitide perscriptus, fronte picturata coloribusque illustratus, et prius *Collegii S. J. Viennae Commentaria Job. Duns,* seu *Scoti,* dicti *Doctoris Subtilis* et a. 1308. defuncti in *Librum IV. Sententiarum Petri Lombardi* complectitur. Praefatio incipit: *Samaritanus iste piissimus spoliatum videns hominem et atrociter sauciatum &c.* Contulimus cum edit. *Lugdun. Opp. omn.* a *Luca Waddingo* curata, in qua *Tomos VIII—X.* occupant, vidimusque, five Curatorem ipsum, five scholiam *Hug. Cavellum,* seu denique Commentatorem *Ant. Hiquaeum,* omnes *Hibernos,* in adcurando Textu non parum sibi sumfisse. Exemplo fit ipse operis finis:

Codex.